



Provincia Aragonia

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68850](#)

animo ferentes. Donec Collegij Rector argentum vñ decunque corrasum attulit ad illos redimendos. Quibus Mauriacum deinde redeuntibus, ita effusi sunt oppidani extra mœnia, tantusq fuit omnium concrus, vt quantum dolorem cepissent ex absentium periculo, præsentis gratulatione testarentur.

## PROVINCIA ARAGONIA

**A**RAGONIA Prouincia Sardiniam adiunctam habet. Scribetur tamen de utraque seorsum. De illa prius, in qua Domicilijs distincti non uem socij circiter ducenti quadraginta quinque. Valentia, in Domo Professa triginta. In Collegio duodequadraginta. In Collegio Gandiensi vigintiollo. In Cæsaraugustano sexaginta. In Tarraconensi decem. Vno minus in Bilitano. In Balearico vnde uiginti. In Barcinonensi triginta. In Gerundensi denique viginti. Concessere decem. Succeſſere triginta duo.

DOMVS. PROFESSA. VALEN-  
tina.

**D**OMVI PROFESSÆ Valentinæ nihil defuit ad proximorum utilitates, quod aut alibi faciunt socij nostri, aut fecit ipsa alijs annis. Illis igitur

igitur ut communibus omissis, his vero ut  
nonnulla tantum indicabo, quae propriam natus  
habebunt. De bonorum quorumdam possessione  
tendebant pater & filius: ea cum neuter con-  
alteri, discedit uterque ab amore. Sed cum reci-  
tandem in viā hortatu nostrorū, agnoscens suā  
pam, pater veniam non grauate dedit. Indulsa  
liercula a malo dāmone, per sexenniū fere malitia  
imponebat. multa sibi ostētari Diuinitus prædū-  
ostentabat ipsa in manibus vulnera, Christi ex-  
imitamenta: ex his si quis linteolo sicaret su-  
nem, summi deputabat beneficij loco. Domus  
celebrabatur assidue. consilium ex ea vulgo exp-  
bant, munuscula afferebant. Ipsa cum uis arri-  
deret vulnerum, quasi abstracta corpore, superfi-  
ne animos imbuebat. adductus ad eam unus eu-  
aliquot continenter diebus, dolum didicit, &  
imprudentem, ita in hospitalem perducta domi-  
curatis vulneribus corporis, ad sanitatem men-  
ducta. Impura quadam mulier, amicusq. nefu-  
dam cum essent in lecto, exterriti primum suu-  
menti canum latratu, post horam monstri horro-  
aspechtu. igitur relicto cubili prolapse in genua com-  
ni uoto se obstringunt, numquam in posterum  
petratos crimen, quod animæ mortem affir-  
mo diluculo uenient ad templū, Rem Diuinā  
ante consecratam Hostiam eiusdem uoti sponsis  
obligant: neque adhuc fefellerunt fidem. Multi  
modi mulieroulæ e peccatorum gurgite emer-  
aut in tutam stationem abductæ, aut in portu

monij collocatae. Insigni erat forma, ac pudicitia virgo: huic dum tenduntur semel atque iterum per domesticos insidiae, cautum est, nostrorum prouidentia ne expugnari posset. Puer quidam annorum uix duodecim, cum uisus esset sibi in quiete uidere alterum e parentibus obseßum a cacodæmone, iam iamq. abripi, uno tantum e nostris prohibente: excitatus e sonno est cum ingenti clamore. cuius causam cum querunt parentes, nullam eliciunt. it puer ad templo proximum, sacro interest. hic exoratus, somnum parentibus enarrat: quod primum illis terrori, mox autem, meliore suscepto uitæ consilio, saluti fuit. Adiuti, ut nostra fert consuetudo, morte multandi: atque in his Maumetani nonnulli: cum quibus preclare actum: cum & ante mortem Christiana suscepint sacra, & Christiane mortui, I E S V nomen subinde usurpantes, & permisso Proregis, Christianorum ritu sepulti. Quod nostrorum officium ita gratum est vrbi, & sotibus vtile, vt cum ijs egerint cives, vt hoc munus propriū habeant. Excusum Quadragesima, ut assolet. Setabin missi sacerdotes duo. Hoc loco illud accedit memorandū. Habeatur cōcio de Christo Domino in Crucem alto. Surgit in media concione mulier, & se mariti cādem renitttere profitetur. eius exemplum secuti viri tres. Itum est etiā alio, Bacchanalibus: ijs scilicet diebus, quibus effrenata et præcps viuendi licentia: sed tamē tanta uis fuit Diuini verbi, vt in sacros Maioris hebdomada conuersi viderentur. Sedatæ plurimorum discordia: cum qui alieniore prius erant animo, vt in aduersarios.

rios

rios inciderant, dare vicissim veniam ac petere parent, & qui iniurias condonauerant, non con nantibus essent indicio. Incertæ multorum ne legitime copulatæ.

VALENTINVM. CAESARAV gustanum, & Gandiense Collegia.

**I**N COLLEGIO Valentino magna pars discipulorum: pene par descendit diligentia testantur disputationes publicæ: illam aliquot in cietatem admissi, & Sodalitas Deiparae, nobilium merito efflorescens. Duoru ex his ab impudicatis frustra tentata pudicitia. Diem Sacrum Beati gini pijs studiis et scholasticis, qua musico contraria declamationibus carminibusq. anniversari re celebrarunt. In sollemni quadraginta dierum nio ter hebdomada, cetero anno sexta quaque diuerberationes corporis a multis sponte suscitatus: in pluribus conciones habita. Nosodum cum inuiseret sepe unus e nostris intellexit, eo quod sacerdos ibi certus non esset, sine praesidio Sacrorum decidere nonnullos. auctor proinde fuit ad sacerdotes alendos annui redditus constitutus:

**CÆSAR AVGUSTÆ** nouum College plumbum superiore anno perfectum, ac frequentari potum est. Tres in nostrum ordinem adscripti, cetero de more ex his sparsim nonnulla ponentur. Mar riæxori vitam adimere cogitabat: a viro alia dif

re, vit rem m Duari erat, a mo tra nonnu ribus Quori actum vel m Quidam domes riens, reliqui stris F hic sa hospit tur. s bicul lum, q Sacro in ali lœ an tus a incen abeu I studi Eti Se su: 16

re, vita incerta: nostrorum consilijs & vir ad melior-  
rem mentem, & ad spem meliorem uxori reducta.  
Duarum rerum cuidam vni subeundum periculum  
erat, aut periurij, aut inimicitiarum. fluctuantem ani-  
mo tranquillarunt nostri placato aduersario. Contra  
nonnullos ignominios & lat & erant sententiæ: ab aucto-  
ribus imperatum, ut eas ne iudicio persequerentur.  
Quorum magnum erat æs alienum, res exigua, eorum  
actum cum creditoribus, ut debitum uel remitteret,  
vel minuerent, vel eius solutionem in diem differret.  
Quidam collectitia pecunia e uinculis exempti. Res  
domestica aucta oliueto, fundoq. quem quidam mo-  
riens, cui nulla nobiscum erat consuetudo, Collegio  
reliquit. Neque est omittendum, quod unum e no-  
stris Fratribus præsētis mortis periculo eripuit. Erat  
hic sacerdoti comes itineris. diuertuntur in publicū  
hospitium alteri separatum cubiculum ab altero da-  
tur. Sed sacerdos lectum Fratri in sterni in eodem cu-  
biculo inbet. Diuino, ut patuit, instinctu. nam cubicu-  
lum, quod erat Fratri assignatum, eadē nocte corruit.  
Sacro Quadragesimæ tempore concionati sunt nostri  
in aliquot huius Regni oppidis. in quorum uno, rbi nul-  
la ante id tempus auditæ nostrorum conciones, tan-  
tus animorum motus est factus, adeoq. ciuium studia  
incensa, ut manentes confessionibus defatigarent,  
abeentes lacrimis prosequerentur.

IN GRANDIENSIS Collegio Philosophiae  
studia feruent ut cum maxime. Acta tragœdia San-  
cti Sebastiani magno cum apparatu, populiq. concur-  
su: eaq. res accedit omnibus incunda. Vir restitutus

E c      vxori,

vxori, a qua discedere decreuerat. Stupido quidam & lymphatus, qui nulla cuiusquam adduci, aut vi cogi poterat, ut adiret ad temporeum ut confessionem faceret, vel Rei Diuinae set, nostri cuiusdam oratione, Deo rem adiuuante permotus est, ut iam sacra frequentans myria tantum sanus videatur, sed etiam pius: nullis operis amentiae vestigio relicto. Mulieres due anno ex Reuerendi Patris Nostri Generalis prae renouatum.

B I L B I L I A N V M. TARRACON  
se, & Barcinonense.

**B**I LBILI feminæ nonnullæ a turpi vita & honeste collocata: odia aliquando stincta: custodiæ publicæ, viciniq. pagi de lustrati.

**T A R R A C O N E**, unius e nostris, quod cionatus est, hortatu, xenodochium perfectissimumne magnificum. eodem admonente decretum datum, & pellicibus ex urbe pellendis. Domus ubreui, ut spes est, perducetur ad tectum: nonnullus Archiepiscopus nostri ordinis apprime studiorum tri Provinciali pollicitus est, daturum se operari absoluatur.

**B A R C I N O N E** obiit anno superiori T. Jacobus Benedictus, huius Minister Collegij annatarum virtutum exemplagenitus. Vixit annos in diebus

cietate viginti sex, tanta commendatione sanctitatis,  
ut quæ ipse habuisset in uita, ex ijs, si quis aliquid cor-  
raderet alicunde, latus atque alacer discedere vide-  
retur. Mulieres duæ, quæ erant viris illecebræ pec-  
candi, nostrorum admonitu resipuerent. Vitium obtule-  
rat virgini adolescens. ea res multorum iram accende-  
rat. nuptiæ flagitabantur. ille alia omnia. ea offensio  
altius penetrabat, in sanguinem videlicet eruptura.  
Intererat hic aliquando vnius e nostris cōcionis, quam  
cum audiret attente, persensit aculeos. euulsa animo  
vetus opinio, noua insita. Nec cunctatur diu. rē per-  
mittit concionatoris arbitrio. nuptiæ factæ magna gra-  
tulatione ciuitatis. Simili efficacitate concionum re-  
ductus ad bonam frugem vir summo natus loco, nec  
scelere minus, quam genere illustris. Adolescentulam  
ab ætate incautam aggreditur dæmon terribili aspe-  
ctu, eam se arrepto igne sequi iubet. sequitur præuen-  
tem ignara consilij, lumine accenso. ducitur ad cumu-  
los palearum. huc iniectus est ignis. tum veterator  
monstro attonit, & iracundiam patris ac sauitiam subij-  
cit, nulla ratione placandi. vnum effugium, ante quam  
ipse resciscat, restis. Hæret anceps animi, atque incer-  
ta. at ille in varias se species pecudum, atque adeo  
ferarum transformat. Diuina tandem benignitas af-  
fuit imprudenti, neque eam induci passa ad interitum.  
rem deinde omnem nostris Patribus ipsa puella ordine  
exposuit. Mulier quædam comperta erat adulterij.  
eius vir e prima nobilitate longo iuinere ad nos venit,  
ingenti curarum æstu. quibus tamen leuatus est, vbi  
persuasum est homini, ut minimum eligeret e malis,

E e 2 atque

atque admissi flagitij veniam adulteris dare, sus fontes, & nouissima exempla meritos, nobis xilium non defuit. Quoniam ex hac urbe effusa transmissio in Italiam, multi ad Collegium ex externis viri nobiles: et sacri aliquot presbiteralis nostris exercitationibus magnaque voluntatis interesse voluerunt. quamque gnuis etiam erga nos ciuium amor. Mores in heredes ex ase instituit. alter, qui in publico opere proficitur Philosophiam, Collegio bibliothecario testamento legavit. Quo plenius ac planius distinatur (rudes quo: um maior est opinione mulierum) steria Christianæ doctrinæ, auctus est numerum: ij iiii duodecim numerantur. Catholici rogatu, cuius erga nos liberalitatē in singulari experimur, missi e nostris nonnulli ad oppida quae in Pyrenaicis iugis, quæ et propter rerum Divi imperitiam, & propter mala vicinae pestis causas nostrorum ope indigebant. Magna spes erat Missionis, quam euentus approbanit. Nihil videbatur illis populis accidisse, nihil velut accidere. Non est necesse omnia exponere, & pue communia: sedatas iras: remissas iniurias peccatorum illices consuetudines. quadruplicantur magis insignia. Quo de genere het sic. In oppido quodam Ausetanae diaœceseos, sollemnatim omnes fere dies illi, qui inter Natalem Domini Epiphaniorum sunt interiecli, saltationi daretur miscru profanorum hominum, sacrorumq. carri desitum. In altero Cœnobita duo inter se

bant: cordia incunca rent a uixi strinx erat r adspir nostro G E

G euērū re sat tatis minut duita re, noj enim tur: se laude ciet a gressi valer siue c bus, spici bou

bant: et cum reduci non potuissent vñquam ad concordiam, nostrorum opera hoc opus perfectum est. et incundum fuit oppido spectaculum: cum, vt intelligerent omnes, eos rediisse in gratiam & optima fide reuixisse amicium, vterque alterum toto pectore adstrinxit. Maometano cuidam ian manumisso liberū erat redire in patriam. at recusauit ille, postquā, Deo adspirante, lucem veritatis aspexit. ita & imbutus nostrorum alloquio, & sacro Baptismate ablutus est.

## GERVNDENSE. COLLEGIVM

**G**ERVNDAE etiam nostrorum opera preclare stetit: pio perinde principio, ac prospero euētu. Multa hic quoque tacere, opinor, quam narraresatis erit. propterea quod contrita quae sunt Societatis nostræ munia, narrando potius, quā tacendo immixti solent. ita res, quantum vis memorabiles, assiduitate vilescant. Sed non ideo quae nos piget narrare, nostros painitet egisse: quin delectat magis. neque enim quicquam actum est hunc ad finem, vt narretur: sed interdum narrantur acta, vt bonorum auctor laudetur Deus, & prouocentur agenda.

**G**ERVNDAE igitur quātum elaborarit Societas ad animorum salutem, & in rectam viam ingressis prouochendis, & in deuīs reuocandis, siue iij valenti eſſent corpore, siue moribundo, siue tenues, siue opulentum in plurimorum pace cum hominibus, tum maxime cum Deo firmando, vel ex eo perspicilicet: quod qui nostrum aduētum in hanc urbem

Ee 3 non

non satis a quo animo ferebant, se nunc, publici  
ignaros commodi, parum vidisse fateantur. De-  
runt conciones frequentes: confessiones affida-  
tissimi in urbe explicatio pluribus locis: con-  
exactae: composita Ecclesiastici cum Regis Mo-  
ribus de iuris dictione contentio: orandi motu  
tus plerisque: atque alia id genus. eis itum a  
utroque anno in propinqua urbi loca, & redi-  
mili cum fructu. Is qualis fuerit, ex eo, quod  
de Ausa ( ea est in Manresensi diaecesi mem-  
de alijs etiam colligi potest. quamquam bu-  
hil utar testimonio nostrorum, sed litterarum  
ipsius dedit civitatis Episcopus: quarum senten-  
tia ponetur. Scripsit videlicet vir granus:  
non posse oratione explicari qua Deus per  
ea urbe perfecerit. multos se vidiſſe nostros.  
nihil tale utrumquam legisse. Sed neque tantum  
dem habiturum fuisse, nisi ea auribus atque o-  
cta esset. tum subiecit de concursu ad conci-  
quas non urbani modo omnes, sed suburbanian-  
ti quotidie, sex, decem, duodecim milliarium  
rentabant. de ardore animorum ( in confes-  
faciendis, & quidem fere omnibus a prima  
petitis ) qui concalvati intus, non solum respi-  
per oris suspiria, sed fluidum humorem tantum  
debant ex oculis, ut madeficeret pavimenta.  
mat hoc dictum sineulla exaggeratione. de fo-  
sensuq. popularium: qui in circulis, in compitiis,  
non nisi de rebus Diuinis loquebantur. cum  
fossum sibi pectus diceret memoria peccatorum.

nec cibum se, nec somnum capere posse, nisi eorum sarcina deposita. Addidit, quod rem magis ante oculos ponat, nihil a se verumquam, nisi Ausa visum, quod Ni- niuitarum illustrius referret exemplum. Hac, ut praemonui, ex epistola Antistitis. In alio quodam eiusdem ducceos oppido, redintegrata pax inter aliquot sacerdotes, itemq. inter duos, qui infestis inter se odij, non anticipates modo tenebant oppidanorum animos, sed prope distractos tribus deinde quattuorue homocidis uenia impetrata. paretes filii, fratribus fratres, viri uxoribus, alijs pariter alijs propinquaque cognatione coniunctis reconciliati, restituta multiplex pecunia, quam aut fraus, aut fenus auerterat. mulieres denique nonnullae turpem vulgandi corporis ignominiam cum pulchra pudicitiae laude mutarunt.

## COLLEGIVM. BALEARICVM

TRES NOBIS in hoc Collegio posteriore anno morte erepti. frater unus. sacerdotes duo, horum alter Pater Barptolemaeus Cochius, qui Rectorem agebat. vir eo munere dignissimus: tanta erat caritate, humanitate, sedulitate, diligentia. Triagesimum iam annum in Societate egerat, mirum quanto cum fructu. factus videbatur ad demisigados iratorum animos, prauosq. corrigendos. Duodecim annos est in hac insula cōcionatus: sic ut nullā pepere rit cuiquam ex assiduitate satietatem, nullum ex familiaritate contemptum. Aqua laborabat intercute, &c, quod ex eo sequitur, vrebatur siti. et tamen ne

E e 4 Stillam

stillam quidem degustabat aquila, preterea  
Medicus imperasset. nimis rurum sibi ipse didicerat  
rare: quod obseruatum est ab omnibus. ab Episcopis  
enim, a Prorege, a Quaestore fidei, ab Equitibus  
bilitate inuisebatur universa. Multis argumentis  
rū factū est, nō ignorasse eū quem diē būnus  
rus erat extreūm. egit autem undecim annū  
lēdas Sextiles, qui est Maria Magdalena sancta  
cuiusquā mors æque luctuosa cunctis ordinib⁹  
longa enim pompa ad templum nostrum Crucis  
eunte ipso exequiarum die Canonici venerabilis  
crum sollemni cærimonia celebrarunt, et, rite  
cebant, communi parenti parentarunt. idem se  
postridie in templo præcipuo a Franciscanis  
sacris ordinib⁹ virorum seminarumq. qui hanc  
hac urbe censeri maximus solet. Voluit neque  
videatur Deus, vt qui amavit promiscue omni  
nemq. honorem neglexit in vita, in eum multo  
effunderentur studia omnium, congestis bonis  
amplissimis. Res scholastica non tacitis augeſcitur  
mentis. nec minus in ijs, quæ ad pietatem pertinet  
quam quæ ad studia doctrina. tueruntur auditores  
ſtri positiones Philosophicas: orationes ſape  
mina cum venustate publice pronuntiant. Ii en  
lunt, qui ſunt in Congregationem Virginis dile  
ctorum numerus post eius aggregationem ad Romam,  
amplior factus. Hi vero incredibile eſt que  
agent operam solidis virtutibus, vincendi anima  
ſtigandi corpus, ægrotos in nosocomijs, pauperes  
ptoij, omni officiorum genere, etiam humilio-

prof  
deco  
tate  
pite  
cum  
ad e  
ſi it  
ſacr  
rum  
tur  
Sed  
fuit  
rita  
obſ  
qua  
nu  
alit  
bet  
am  
ren  
eni  
cor  
am  
in  
in  
in  
du  
spe  
ba  
ru

prosequendi. castitatem ita amant, ut eorum unus decora forma, quam pudor honestat, in prima pubertate domesticæ importunitatem mulieris, a qua turpiter solicitabatur, non semel alapa discusserit. Alterum ab alio percussus esset pugno, aduolutus statim ad eius genua, veniam petiit, & maxillam alteram, si ita opus foret, præbuit verberandam. Quid multa? sacram hoc Sodalitium videtur fere quoddam sacrorum ordinum Seminarium nam, ut de ceteris taceatur, in nostrum ordinem uno anno septem adscripti. Sed ut ab adolescentibus & scholis abeatur: magna fuit concionum utilitas. Vir quidam impura familiaritate mulieris, quæ Deo erat consecrata, tenebatur obstrictus audiebat concionantem: singula eius uerba quasi tela quædam uidebatur, quæ de superiore loco, nullo irrito iactu, in pectus librarentur aduersum: in alium omnino neminem, sed pro illecebra, quam habet peccandi consuetudo, non dabat adhuc manus, ambiguus mutandi consilij: cessit tandem tamen, ubi rem totam precibus, quas per aliquot horas effudit enixe, Deipara commendauit. Eiusdem sacerdotiis concione percussi fratres duo, ex alienissimis faciis amicissimi, in mutuos amplexus ruerunt. Mulier, cuius pudicitia impurus maritus profiliuere cupiebat, insaniens potius conuicia ac verbera perferre, quam indignum facinus admittere voluit. Principes viri duo, qui odio inter se ardebat implacabili (ita nulla spe reconciliationis, utriusque partis arma metuebantur) auctore Deo, uno e nostris interprete redierunt in gratia, magna videlicet laetitia omnium, &

gratu-

gratulatione multorum. Iuuenes duo, quos olim auectos in Maumetis superstitione inuenienterant, cum fugientes huc se receperissent, ad fidem rediere, quam hodieq. profidentur. eamdem scepit unus, Maumetanis parentibus ortus. Miserum virginitas nostrorum monitis permanuit. Nonnullæ concubinos ab se reiecerunt.

## SARDINIA

**N**SARDINIA quattuor loca, socij nonaginta sex. In iugio Sassaritano sex & quadriga Carali, in Collegio triginta. Inimo Probationis quatuordeci. Collegio Ecclesiensi sex. Ex hoc numero vnu tuus. Coptati quatuordecim.

## COLLEGIVM. SASSARITANUM

**N**OVI TEMPLI promonetur adiunctis coemptis ad eius laxationem proximis annis: acceptis mille sexcentis aureis, qui superius annis in conuentu totius Regni fuerant nobis signati: accessione etiam alterius tanta pecunia, vir quidam illustris sponte donauit. Gymnasio Etum discipulorum numero, & fructu. Adiuuato discipulorum alacritas virorum auctoritate nobilis, qui publicas eorum exercitationes & presentias honestant, & gratulatione prosequuntur. Sodales

Dni

Dei Matris, generosa velut arbor propter aquas sa-  
ta, non folijs modo virentibus, & coruscantibus gē-  
mis, sed & fructibus uberrimis abundat. Nec cete-  
ranegligitur ciuitas. Nihil dicetur de stata per to-  
tum annum concione diebus festis in æde maximai  
nihil de quotidianis ternis, ad tria urbis templa per  
eos dies, quos pœnitentia magis proprios, dies salu-  
tis Ecclesia appellat: nihil de capitibus nostræ reli-  
gionis, quæ octauo quoque die, per causam puerorū  
exponuntur etiam adultis: nihil de pacificatione mul-  
torū: nihil de aditis adiutisq. utroque in homine pa-  
peribus, qui siue ægroti in nosodochio, siue vinclite  
nebantur in ergastulo. ea eiusmodi sunt, itaq. nostræ  
Societati communia, ut omnium Collegiorū propriet  
habeantur. Sustentatur collatitia stipe non paucorū  
inopia: eorum cum primis, quos paupertas premit,  
pudor ad aliorū misericordiam cōfugere vetat. Tres  
extremo afficiendi supplicio sic adducti ad pœni-  
æquo animo ferendam, ut eorum unus (et hic erat e  
quadam religiosorum familia) mortem illam, ad quā  
ducebatur, cum vita comparandam non putaret. Mu-  
lieres duæ, quarum altera triennio, decennio altera, &  
dæmone vexabatur obsessa, exorcismis adhibitis libe-  
rata. aliae duæ a meretricio quæstu. Est etiam in  
uicis urbi proximis, & ex occasione interdum, &  
sæpe ex industria, laboratum quo in genere illud me-  
morandum. In duas fere factiones disseverat pagus:  
& cum altera pars plus iusto appeteret, altera se op-  
primi non ferret, inter diuersa rotae crevit odium.  
una secessit, eadem q. mero meridie, in eos, qui domi  
reman-

remanserant, irruerat, non sine mutua cædere vel  
ribus . nimirum ultima metuebantur. hic missi  
essent primum duo de nostris, conticui potius far  
quam elanguit . cum iterum intumesceret alijs soli  
si: quorum suā suā non seditio solum, sed omnis ea  
indignatio compressa est . Idem effectum in domo  
vbi aduersas utrinque partes, et ira, et interféndū  
quos ulciscendi cupiditas incitabat . In alio ratiō  
itum est ad multos) aureos numeros mille resuere  
quidam incepit, quos iniuste possidebat curarū p  
tere a ut essent in annos singulos, qui rem pauperi  
mendicare erubescēt procurarent . Duo et  
scīscendā sibi mortis consilio abducti . Confinis  
sacerdos noster inueteratas multorum inimicis  
extinguere. modum quārebat. nec agendum vobis  
ratus, sed, quæ multo ad persuadendum efficacius  
rebus . sexta feria maioris hebdomadae, consilio  
Episcopi Vicario communicato, inter solennitatē  
crum, omnium, qui illi intererant, ordine osculari  
cīpit pedes . consequitur eum socius amulus  
nec differt Episcopi Vicarius, quem imitanter  
ceps sacerdotes vniuersi . Hoc exemplo attompa  
num animis, deinde vero ita permotis sunt omnes  
lacrimantes alij aliorum, & eorum maxime, quibus  
cū simultas intercesserat, pedes oscularentur . Du  
horas tenuit iucundum illud non hominibus modo  
sed ipsis etiam Cœlestibus, qui pacem in terra homi  
nibus bona voluntatis cecinere, spectaculum. refe  
rare pagus a multorū discordijs, ac reuiniscere ipsa

DOMVS

DOMVS. PROBATIONIS. CA-  
ralitana: & Caralitanum, & Eccle-  
siense, Collegia.

CARALI in aduentu Patris Melchioris qui  
pro Prouinciali est, minor nostris pietatis ardor,  
& ciuibus erga nos amor accessit. a Consulibus em-  
pte vicinæ Collegio ædes aureis nummis nongentis,  
& nobis addictæ Chirraeus Comes moriens aureos  
fere ducentos Collegio dari voluit. huius vxor, quæ  
octavo post die mortua est, milenos reliquit. V sellen-  
sis quidam Canonicus mille sexcentos: Caralitanus ci-  
uis octingentos. Domus etiam Novitorum vnius  
liberalitate aucta ornataq. multis locis. Quibus stimu-  
lis excitantur nostri, ut muneri suo non desint.  
Vnus, ne inferret inimico mortem, alter, ne falsum  
crimen, oportuna nostrorum oratione reuocatus.  
Vnus, quam in honesto truncarum vulnere narium  
prosequi iniuriam cogitabat, ut condonaret, addu-  
ctus. Plures sunt in hac vrbe familiæ ad pudendam  
inopiam delapsæ. multi, ne paupertati adjicant pre-  
caria ritæ verecundiam malunt in extrema miseria  
mori. Hoc vbi comperit Pater Melchior, egit cum  
pijs aliquot & nobilibus viris, ut corrogato ære con-  
stitueretur annuus census, e quo subministraretur ali-  
quid, eiusmodi pauperibus, quod nec illis pudo- i, nec  
cuiquam postea opulentiorum oneri esset. iamq. col-  
lecti aurei septingenii: paruum initium magni ope-  
ris: sed Deus, qui dedit eius incipiendi rationem, da-  
bit

bit etiam perficiendi modum. Vindicata penitentia, quæ iam consenserat, præclara consuenda diuites singuli in certum ordinem descripti, singulis diebus prandium, suis sumptibus, in menschium curarent deferendum: post exaltum canum numerum redditura vice. Nemo est, qui invicme prætermitti communia, nisi quæ forte vallant, quale est hoc, quod cum Regium intermixtum atque Ecclesiasticum orta esset de dicendo intentio, eaq. increbuissest per multos dies, atque sacerdotes starent, illinc. ciues, nostrorum iustitione ea omnis sublata est. Scholæ in dies aguntur, sic ut una classis numeret pueros ad trecentos itemq. Virginis Sodalitas iam cum Romana unita. Conciones habitæ fere assidue in templo nostro, frequentes in locis suburbanis. Sed, quod nullus Episcopi eximiam erga nos ostendit beatitudinem, prætermitti non potest. Is leuare volumen Melchiorem, qui concionabatur Quadragesimæ pars. ut scilicet uno die atque altero ipse dominus quothebdomadis haberet concionem, rursum diebus Patri relictis. diebus vero Domini, quando in æde nostra de more habenda erat concione seruatus: ut matutinus ab uno, pomeridianus altero, ad populum sermo, alternis haberetur. Quod videtur non admirabilis solum ciuibus, sed etiam utilis fuisse. In Novitij unius admissione accidit, quod, quia rarum, iucundum robis omnibus opinor futurum. Unicus erat vidue locupletus ac nobilis. hic ad Societatem animatum adiicit, respon-

fert ad parentem. illa filij lætata consilio, bortatur eum, ut perstet in proposito, propinquos cupientes debortari deterret: ex ijs vnum orat, qui tunc forte princeps erat publici Magistratus, vti filium ad nos deducat, atque eius nomine offerat Deo. factum quod optauit, magna admurmuratione totius ciuitatis. De oppidis, ad quæ concionum causa aditum est, silebitur. singulare illud fuit, quod de mutua benevolentia, deq. remissione iniuriarum, sacerdos cum verba fecisset, cuidam, apud quem per annos duodecim ira & libido vltionis inueterauerat, ita immutatus est animus, vt vltro ad inimicum adierit, eumq. complexus, multis præsentibus, dederit fidem mittere ac finire odium. ita redintegrato amore, vt quasi odissent amaturi, ex simultate eos in gratiam reuenisse dicas, vt amiciores esse deberent.

IN ECCLESIENSI Collegio illud præcipuum. Sunmo mane haberi coptus sermo ad rude populum & occupatum, sub primum Sacrum: idq. principio tentandi causa. quod quidē tam gratis animis acceptum est, tantoq. concursu celebratum non rusticorum modo, sed etiam vrbaniorum, vt rem apparet esse utilissimam. Est etiam nonnihil effectum in suburbano pago. atque inter cetera, constituta Soda-litas, frequenter sacra sancta mysteria, aliaq. pia opera libenter obeuntium.

CASTEL-



CASTELLAN  
PROVINCIA



O C I I I N H A C P  
octoginta quinque supra quin-  
tos. Professorum Domus vi.  
Tyrone formandos due. die  
sedecim. Undecim excesserunt  
ta. Accesserunt ad Societatem  
& quadraginta.

DOMVS ET COLLEGIVM  
lissoletana.

V ALLISOLETI in Professorum  
quadraginta. Concionum, confessionum  
qui assolet, fructus: hoc aliquanto amplior,  
fere fit in populo frequenti, adiuti multi, qui  
cinora fecerunt in vita, debitam eorum pa-  
arbitrio in morte dederunt. complurium gra-  
sarcita: atque in his coniugum duorum, inter  
multos iam annos ne sermo quidem mutans re-  
serat. Templum, quod aedificatur, iam testi-  
vrbisq. ipsa animata, ut breui totum absoluatur.

I N C O L L E G I O triginta octo. au-  
sum capacioribus classibus duabus, temploq. am-  
re, quo ex vetere templo res sacra translate. Pri-  
ac litterarum studij in discipulis ac sodalibus  
thenijs par proportione cursus. Multi ex ijs re-